



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXV. Num quae incommoda nascantur ex Coelibatu, vt sit ideo fugiendus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

vouerunt, possunt ac debent Votum rescindere: Quia quæ non sunt in nostra potestate, non sunt materia Voti.

A V T O R. 1. Continentia est Dei Donum; & tamen in hominis potestate. 1. Nam Dona Dei sunt duplia. 1. Quædam dantur homini sive eius cooperatione; ut sanitas, forma, prophetiæ donum & linguarum. 2. Alia sunt auxilii diuini, & simul humani studia: ut credere sperare, tentationes vincere. &c. Horum opera pendent ab electione humana; tale est opus Continentia: q[uod] Sectarii volunt esse prioris generis. 2. Deinde Auxilium Dei duplex: 1. Sufficiens, ut possimus bene operari seu continere. 2. Efficax, quo actu ipso Continemus, credimus, perseveramus. &c. Sic 2. Thess 3. Non omnium est fides, continentia &c.

Esse tamen donum Dei; concedunt Sectarii. At Esse in potestate nostra, Negant.

II. ESSE, PROBATVR. 1. Matt. 19. Sunt Eunuchi qui castrauerunt seipso[s], suo libero arbitrio, non dono necessitante eos: quia sic dixisse oportuit, Qui facti sunt à Deo. At verè, sunt prophetae, qui facti sunt à Deo.

2. Quia Christus & Apostoli hortantur ad Continentiam: sed ad ea, quæ non sunt in potestate nostra, nemo sanus hortatur: Nemo etiam eum, qui non habet donum: quia non potest continere: Nec eum qui habet; quia is, Bucero & Martyri, in Matth. 19. non potest non continere.

3. Quia. 1. Corinth 7. Quod vult, faciat: liberum relinquitur: ergo virtusque est in potestate nostra.

4. Celibes in Scriptura laudantur, & præmiantur.

5. Ita S. Patres.

D I C O A D I. Dici id de Continentia in genere, de coniugali, viduali, Virginali: & earum aliqua ab hominibus haberi potest.

A D II. Capere, non significat Naturalem capacitatem, ut Sectarii volunt; sed voluntariam. Quia isto hortatur nos Dominus ad continentiam: ergo ad voluntariam: non ad naturaliter necessariam, quæ nulla est. Item: Qui potest: 1. Potentiâ proximâ scilicet habens efficacem gratiam: Qui non habet, oret ut accipiat. 2. Potentia etiam ægrâ vel impeditâ, capiat, id est, oret ut possit Velle capere; Deus perficere dabit.

A D III. Nil concludit: Nam alius eligit donum continentiae, alius non, sed nuptialem gratiam.

A D IV. Loquitur de extrinsecâ & accidentaria necessitate, non de interna animi: Ut si filia nolit continere, si sit serva, non sua, sed domini.

III. Petendane est à Deo Cōtinentia?

Petrus Marijrl. de calb, ait Non nisi sub condicione; si expedie: Bucero in Matth. 19. Non abiis, qui nesciant an Deus eis dare veit hoc donum. Ratio: Quia oratio debet nasci ex fide; fides autem nisi promissio Dei, hoc verò null est de certò perennaturâ sibi continetâ.

D I C O A T sufficit generalis promissio Dei. Luc. 11. Petite, & accipietis. Si enim particularis requirereretur, nec fides, spes, &c poti posset. Sat, quod, 1. Ioan. 5. Hec est fiducia, quam habemus ad Deum; quia quodcumq[ue] petierimus secundum eius voluntatem, audit nos.

Q V Ä S T I O L X V.

Num quæ Incommodi nascantur ex Celibatu, ut ideo fugiendus sit?

Luthe

LUTHERO-CALVINISTÆ: Complutum
la. 1. Cœlibatus repugnat naturæ,
dant sexuum diversitatem, & vim generati-
vam. 2. Mundus periret, si omnes conti-
nerent. 3. Ex cœlibatu minuitur numerus
Christianorum. 4. Morbi subinde ori-
untur; seruandæ est aurem valetudo. 5. Vis
generandi est bona; quia erat etiam in natura
nondum lapsa, estque in animantibus. 6.
Virtus per se, ut bona, appetitur: Virginitas
vero non propter se, sed ad expeditius oran-
dam. &c. ergo non est virtus. &c.

A U T O R. Hoc vero nugari est in re
grauißima.

D I C O A D I. Hæc ratio fuit Iouianii, teste Hieronymi lib. i. Iam est Lu-
theri & Erasmi. Naturæ dona sunt pro-
pter bonum speciei, non indiuidui præ-
cipue.

A D II. Semper erunt plures imper-
fecti, quam perfecti, id est, Continentes.
Ita Hieronymus. At Augustinus: *Vti-
nam omnes continerent, multò citius Dei ci-
uitas completeretur, & acceleraretur terminus
seculi.*

A D III. Ambrosius lib. 3 de Virg.
*Quis ergo quaesuit uxorem, qui non inuenie-
rit?* Item ea ratione oportet inducere
polygamiam.

A D IV. Morbi ex Incontinentia &
erapula nascuntur; non ex Continentia.
Dein, hæc dignitate compensat vitę bre-
uitatem, superat longæuitatem.

A D V. Inclinatio naturalis in ab-
solutè necessariæ rem, est comedere, &c.
In conditionatè necessariam ob circum-
stantias, est Nubere. Conditionata ne-
cessitas erat in natura integra, estque in
lapla absoleta in animantibus. Nam
hæc ad conseruandam speciem: illa ad
serius, citius eum replendum coelum, saluâ
temperantiâ.

A D VI. Virginitas, ut est perfecta re-
fræratio concupiscentiæ, mediumque
ad maius bonum latræ purioris, sic est
virtus. Cætera, quæ ex Conciliis, & S.
Patribus adducunt, vide apud Bell. libr. 2.
c. 33. 34.

Q V Ä S T I O L X V I .

*Ecquibus Vouere Castitatem fas,
nefasue?*

LUTHERVS libro de Votis monasticiis. Viris nō
ante annum 70, aut 80. Sic & Augustina Confe-
sio artie. 27.

C ALVINVS Institut. l. 4. c. 15. §. 19. Olim
vouere nefas ante 60. annum fœminis. Sic
& Martyr.

S VAD ET. 1. Quia, i. Tim. 5. Adole-
scientiores viduas denita, ieu, reiice. 2. Ibid.
Volo iuniores nubere.

A U T O R. 1. Fidelibus, in vsu libe-
ri arbitrii constitutis, vouere castitatem
licet. 1. Sic Scriptura & exempla, in
Antichristopart. 2. q. 27. 2. Sic Patres
S. Athanasius libr. de human. Verbi, dicit,
Pueros Virginitatem profiteri doctos à
Christo esse. Basilius in quest fusè disput.
quest. 15. Pueros ad monasterium reci-
piendos; at non ad professionem, nisi v-
sum habentes liberi arbitrii. Ambrosius
lib. 3. de Virg. Non atas reiicitur; sed ani-
mas examinatur.

I I. A D Publicam tamen professio-
nem recipiendus nemo ante ætatis an-
num XVI. Trid. Siſ. 25. c. 15.

D I C O A D I. Reiice, scilic. à nu-
mero præbendariarum, quæ alere se ne-
queant sexagenariæ; non autem à voto
Continentiæ.

A D II. Id est Consilium; yth hoc: Vo-
lo omnes esse sicut meipsum.

Ff 3 II. Lv.